



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

25 Legati nati, qui sint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

licet, i. eod. tit. etiam si præficialis curiæ ho-
 nore præfulgeat, d. cap. si testes, §. jurisju-
 ran. & etiam, quod sit Cardinalis, † quan-
 do agitur de alterius præjudicio, ei soli non
 creditur, Abb. in cap. quod super his, num. 5.
 vers. si tamen aliquid, & Felin. nu. 12. vers.
 tertia conclusio, de fide instr. In his autem
 in quibus creditur Legatis de latere, non
 ereditur Nunciis, quia sunt inferiores in
 absentia Papæ, ut ibi per Abb. vers. infe-
 riori verò, & Felin. num. 8. vers. quod au-
 tem, & num. 12. in prin. mihi enim contingit
 in facto, quod prætendens Nuncius
 Apostolicus conferre beneficium in Me-
 tropolitana Ecclesia Provinciæ suæ lega-
 tionis in mense reservato, tunc vacans, op-
 ponente capitulo ejusdem Ecclesiæ de de-
 fectu facultatis, quam nunquam edere
 voluit, asserens, non teneri, affirmans in
 Cathedralibus, etiam Metropolitanis,
 conferendi facultatem habere, illamque
 edere non teneri, quam mihi tandem ad
 partem legendam exhibuit, ea lecta, reperi
 24 facultatem conferendi † cum expressa li-
 mitatione, non tamen in Cathedralibus,
 quapropter abstinuit à collatione, & vidi
 facultates Nunciorum quandoque im-
 pressas, & omnibus apud Bibliopolas ve-
 nales, & aliquando apud alios ita custodi-
 ras, & occultas teneri, quod eorum dicto,
 quod in illis facultatibus contineretur,
 standum videbatur, & nihilominus casu,
 quod de eorum provisionibus, & concessio-
 nibus in Rota disputari contingat, om-
 nino facultas est exhibenda, cum præser-
 tim Nuncii beneficia sine speciali facultate
 conferre non possint, d. c. 1. de off. leg. in 6.
 & tunc non sufficit, quod in litteris colla-
 tionis legatur, fuisse factam vigore faculta-
 tis eidem Apostol. auctoritate attributæ,

quia non creditur referenti, nisi constet de
 relato, aub. si quis in aliquo, c. de eden. &
 in causis pendentibus in Rot. producuntur.

25 Legati rati sunt, † qui habent legationis
 officium vigore dignitatum ex privilegio
 Apostolico indultum, ut Archiepiscopus
 Cantuarion. & Eboracev. in Anglia, Re-
 men. in Francia, & in Italia Pisarum, c. 1.
 de off. leg. & ibi Abb. num. 1. & 2. ubi Seb.
 Sap. in add. gloss. in cap. 1. ver. Ecclesiarum,
 eod. tit. in 6. & Compost. in rubr. de off.
 leg. & de Legatorum facultate habetur per
 Doct. tot. tit. de off. leg. Felin. in d. cap. quod
 super his, num. 8, 9, 10, 11, & 12, & plene
 per Spec. in d. 1. par. lib. 1. de leg.

26 Tertius † est ordo Episcoporum qua-
 dripartitus in Patriarchas, Primate, Ar-
 chiepiscopos, & Episcopos, cap. clericos, §.
 ordo verò, 21, dist. cap. unic. §. final. de stat.
 reg. in 6. Concil. Trident. in cap. 1, §. ne ve-
 rò, de reform. sess. 23. & Pius V. in Bull. Ro-
 man. cap. 115, circa princip. Patriarchæ

27 principales † sunt quatuor, Constantino-
 politanus, Alexandrinus, Antiochenus, &
 Hierosolymitanus, cap. clericos, & ibi gloss.
 in ver. in Patriarchis, 21, dist. & cap. final.
 21, dist. præter Romanum Pontificem,
 qui Basilicæ Lateranensis est Patriarcha,
 cap. in nomine Domini, in princip. 23, dist.
 & est Patriarcha Patriarcharum, quorum

28 Constantinopolitanus † post Papam pri-
 mum locum obtinet, d. cap. Sacrosanct. 1. in
 fine, & cap. Constantinopolitana, 22, dist. se-
 cundum, Alexandrinus, tertio, Antioche-
 nus, quarto, Hierosolymitanus, & quod
 post Romanam Ecclesiam, quæ mater uni-
 versorum Christi fidelium est & magistra,
 Constantinopolitana primum, Alexantri-
 na secundum, Antiochena tertium, & Hie-
 rosolymitana quartum locum obtineant,